

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Friedrich Mieg Ludwig Hermann Stumpf

**Disputatio Philologico-Theologica De Pariete Intergerino Inter Judaeos Et Gentes
Ad Ephes. 2, v. 14.**

Heidelbergae: Ammonius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862092345>

Druck Freier  Zugang



63

Fa-1092(53)

DISPUTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICA

DE

PARIE TE INTER-
GERINO INTER
JUDÆOS ET GENTES
AD EPHES. 2, v. 14.

QUAM

Dei gratia opitulante
P R A E S I D E

DN. JOH. FRID. MIEGIO,
SS. THEOL. DOCTORE EJUSDEM-
QUE UT ET LINGUÆ SANCTÆ
PROFESSORE CELEBRATISSIMO
PATRONO SUO ATQUE PRECEPTO-
RE DILIGENTISSIMIS OBSEQUIIS ĀETER-
NUM COLEND O
Eruditæ ventilationi sifit
AUTOR

LUDOVICUS HERMANNUS STUMPHIUS

Sobernhemio-Palatinus

ALUMNUS ELECTORALIS.

Ad diem Septembr. H. L. Q. S.

HEIDELBERGÆ,

Literis SAMUELIS AMMONII, UNIVERSITATIS Typographi.

ANNO M DC LXXXV.

w115

3

3

3

3

3

4

4

4

4

4

V I R I S

Reverendis & Clarissimis

D O M I N O

H E N . STUMPHIO

Ecclesiæ Meiricensis Pastori
Fidelissimo.

D O M I N O

C O N . STUMPHIO

Ecclesiæ Budericensis Pastori
Vigilantisimo

F R A T R I B V S S V I S D I L E C T I S S I M I S

Hanc Disputationem suam

D E D I C A T

L U D O V C U S H E R M A N N U S S T U M P H I U S .

minus ante ad Deum accederent Ephesii omnesque Gentiles, est τὸ μεσότοιχον τῷ φραγμῷ per Christum dissolutum. Rectissimè enim Venerandus Beza ἀπροσδιονύσως parietis interrini nomine inimicitiam, quæ propter peccata nostra inter Deum & nos intercedit, scholiasten Græcum intelligere, dum notavit. Quamvis enim verissimum sit nos impura & peccaminolâ vitâ à Deo separari, attamen cum ex Apostolicae vocis ingenio & circumstantia textus doceamus talis aliquujus interstitij mentionem hic fieri, quod sive inter diversa conclavia, sive inter diversas domos (unde apud Terentium in Adelph. ditutâ macerâ duarum familiarū unio jubetur) sive inter ædium partem interiorē & aream interjectum sit, hoc loco nostram à Deo disjunctionē significari alienissimum fuit, prælertim, quod supra dictus Magnus Interpres urget, cum illa ad sequentem versum 16. pertineat, ubi ἀμφότεροι, quorum inter se unio hic exprimitur, tanquam ἵποναταλλαχθέντες τῷ Θεῷ introducuntur.

Thes. IV.

Afferto itaque quod de Intervallo inter Judæos & Gentes loquatur Apostolus, quæ ejus natura fuerit nunc porrè distinctius expediendum est. Docet hoc breviter versus sequens, esse videlicet τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτῷ (χριστῷ) τὸν νόμον τῶν ἑνολῶν. Circa Syntaxin horum verborum, consensum desidero. Quidam enim Accusativum ἔχθραν ad sequens participium καταργήσας, Græca distinctione moti referunt, quæ ratio si obtineret, parietem esse ipsam illam inimicitiam dicere liberum non esset; Contrà Accuratores videntur Alii Inimicitiam appositivè cum pariete cohære-re docentes, in quam mentem inclinat Celeber. Dom. Barmannus, dum παραφράζει sepem quæ fundat inimicitiam. Rursus alii illud ἐν τῇ σαρκὶ cum λύσας conjungunt, aliicum

D. Coc.

D. Coccejo à nomine ἔχθραν pendere rectius existimant, quomodo necessum est dicere per ellipsin articuli τὸν ἔχθρον ἐν σαρπὶ pro τὴν ἔχθραν τὴν ἐν σαρπὶ positum esse, neque adversatur Syrus Σύρος ἡ οὐδεὶς βασιλεὺς. Atque hinc extruitur *Inimicitiam in Carne & legem preceptorum in placitis non prorsus eadem esse, quamvis haec illam explicativè &* ביאור *positam consirmet & quasi fundamentaliter sustineat.* Sed quomodo Inimicitia illa *in Carne Christi* fuisse dicitur? Planissimum erit si cum supra laudato Theologorum Summo de carnis Christi nondum abolitæ maledictione exponamus, si quidem paries hic tamdiu stetit, donec eum Christus unà cum carne quam assumserat, chirographū servitutis Leviticæ simul cruci affigens, morte rupisset. Quamvis interim nolim negare per τὴν ἔχθραν τῷ σαρπὶ χριστῷ non hanc solùm quæ inter diversa hominum genera est, sed & illam quæ inter Deum & homines omnes intercedit, quia utrique infra Deo reconciliari dicuntur, intelligendam esse inimicitiam, cum tamen ultima haec aliò pertineat mihi nunc non attenditur, de Judæis & Gentibus ut mediante certo quodam pariete diversis agenti. Esto igitur immotum atque inconcussum, quod hic paries sit inimicitia inter J. & G. quo nomine non duntaxat affectus ille Aversationis concipiendus est, qui potius effectum quoddam vel, si mavis, proprietas inseparabilis est & quædam quasi media hujus partietis infarcinatio sed laxius intelligetur tota illa interjecta impedimentorum compages, quæ ex divinæ ordinationis efficacia, certi cultus & peculiarium legum institutione & consequentibus hinc variis separationis modis coagmentata est, cuius proinde originem & formam nunc porrò enuclebimus.

Theſ. V.

Scilicet quando sapientissimus Deus ad demonstrandam
Justi-

justitiae & Misericordiae suæ gloriam, perversum & Idololatriæ
 cum Mortalium genus, pro suâ incircumscripta potentia
 divisurus esset, quosdam (atque illos sanè paucissimos, si cum
 reliqui orbis colluvie comparentur) ex Abrahamo prognati
 & quarto post saeculo Israélitas à Jacobo dictos abolitam
 superstitionum farragine & præscripto sanctiore cultu in po-
 pulum peculiarem adscivit, cui foederis sui rationem & spem
 venturi cum N. T. auspiciis Messiae, sub copiosæ disciplinæ in
 volucris, notam esse voluit, alias contrà, imò maximam &
 potissimum patrem, justissimo judicio sub severitate omissionis
 relictos contaminassis suas vias ire permisit, neque illorum
 mentes densâ & execrabilis spurcissimorum peccatorum
 & ignorantiae caligine excæcatas propinquo gratiose pate-
 factioñis fulgore collustrare dignatus est, quia jam olim, cres-
 cente paulatim detestando & peregrino cultu, se subduxerant,
 & à communione Dei abalienaverant. Neque enim uno im-
 petu Dei & promissionum Majoribus factarum oblivio Or-
 bem inundavit, sed invalescentem temporum tractu ipsi quoque
 errores pinguiscere cœperunt, hinc solidum est, quod incompa-
 rabilis Hebreus Moses Ægyptius in suis הַלְכוֹת עִכּוֹם pronuntiat:
 וַיֹּאמֶר שָׁאַלְכֵךְ הַיּוֹם שֵׁם הַנֶּכֶג וְהַנּוֹרָא מִפְּנֵי כָּל הַקּוֹמִים וּמִפְּנֵיהם וְלֹא חֲדַס הַכְּרוּחַ וְנִמְצָאוּ בְּעוֹלָם הָרָאָן וְרוּעָן אֶלָּא הַצּוֹרָה
 של עץ רשְׁבָּן אֲנָן וְכ"ז אֶבֶן צָוָה הָעוֹלָם סְלָא הַהָּרָשָׁם אֶלָּא Quibus verbis
 מִכְּיוֹן אֶלָּא יְהוּדִים בְּעוֹלָם גָּדוֹן חָנוּן וּמִתְּשִׁלְחָה וְכ"ז
 indicat, sub tempus Abrahami quem columnam Mundi ap-
 pellat, ad ultimum gradum progressam esse idololatriam, cùm
 primùm à simplici stellarum laude & honore cœlestium cor-
 porum tanquam Dei ministrorum, Deinceps ad religiosum
 cultum atque ad ultimum ipsam deificationem, pseudopro-
 phetarum imposturis subnixa, grassata esset. Quamvis inter-
 rim dictum Maimoniden nova post diluvium idololatriæ ini-
 tia crassâ nimis incuriâ præterisse fatetur, res tamen ipsa de-

gradatim progredienti Idololatriâ verissima & apud omnes Eruditos in confesso posita est, ut adeò nec hic ipse Judæus cur Enosum nepotem Adami Idololatriz reum perageret nec Seldenus aliique Viri Magni Rabb. scholas fecuti cur illud famosum Gen. 4. 26. " כִּי־בְּשָׂמֶן לְחַדֵּשׁ " de exordio prophanationis nominis divini acciperent, causam idoneam habuerint. Postquam igitur in tantum crevisset malitiosa gentium ignorantia, ut Ecclesia tum per præputiatorum turbam sparsa paucissimis Capitibus constaret (universali illâ multis decantatâ in fumum abeunte) & ne ipsi quidem Heberi posteri, Tharachi exemplo, incontaminati essent, tum vero illa gentium rejeccio, quæ haec tenus in infantia atq; Elementis suis fuerat, manifestius ad consummationem properabat dum in Abrahami familia, quam solam, ut ut non omnem sobolem, Deus elegit, severiores vites nausta deinceps sub Josua in Israëlitarum populo Palæstinæ finibus inclito extremum apicem consecuta est: Tum nempe ille paries, cuius extruendi lapidum quasi & arenæ coacervatione haec tenus initium factum fuerat, extrusis gentibus & Ecclesiâ in unum Judaicæ Reip. corpus redactâ, totus atque integer stetit exiguum gentem ambitu suo complexus: Tum atque ex eo tempore, gentium multitudo, confirmato penitus atque stabilito fœdere Abrahamico, atque, extinctis quotquot antea, circumcisione nondum ut sacramento publicatâ, fuissent bonorum reliquiis, prorsus in servitutem Satanæ concessit, atque rejecta, derelicta prophanaque habita fuit, usque adeò, ut tanquam extranei & interjectu solidissimi parietis à populi Dei, filiorum promissionis veraque Ecclesiæ pomœriis seclusi velut in barbara solitudinum vasticie contabescerent. Hinc ab Elaja יְהוָה אֱלֹהִים appellantur & ab Apostolo Πανχαὶ ἔγειτε tanquam vastissimo hiatu & immensis spatiorum lati

latifundiis à spirituali Dei communione separati: Hinc ἀθεστὸν τῷ πόσμῳ, ἀπογλωττισμένος τῆς πολιτείας τῷ Ισραὴλ καὶ ξένος τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντας vocat Scriptura, ut qui nec Deum ut Deum suum atque Patrem cognoscerent, nec iudicia atque statuta ejus scirent Ps. 147. quos nec Deus in politiam Istraeliticam & sanctam suam domum introduceret, quique ab Angelo fœderis in testamento gratiosæ hæreditatis scripti non essent, adeoque omnium promissionem exhortes (adversante nimisrum particulari tum sponsione Mediatoris) & sine spe cum perpetuo infelicissimi statūs & immortalis mortis metu miserrimi fluctuantur. Hinc tanquam in carcere quodam sub inobedientiam conclusi memorantur Rom. ii. & apud Elaiam 56.3. clamant הַכֹּדֶר בְּרִילִנִי Hinc sensu propterea odioso גוֹן dicti (hinc adhuc hodie Judæi nos ita vocant) & מִנְמָר Hinc Apostolus Gal. 2.15. se cum gente sua τοῖς ἀμαρτωλοῖς contradistinxit, qui loquendi modus in tantum familiaris fuit, ut quoscunque homines exoslos reddere vellent וְגַנְנֵי Ethnicos appellitarent, quod in N. T. passim obvium est, in quo τελῶναι cum illis fere conjungi solent, quin & ipse Mataphras. Chaldaeus Levit. 25. 45. cādem prorsus figurā pro Hebræo נְקֻרָה habet quasi hæc unum idemque essent, quia scilicet ipsi omnes alienigenas, dummodo Ethnico sanguinētati, sūlque deque habuerunt. Ex quo contemptu etiam Canum appellatio nata est Matth. 15. 26. Nimis enim intempestivum, quod Vir seculi primarius H. Grotius ad h. l. observat voculam κυναγίς catellum molleculum, quales erant Melitenses, denotare, cum potius præter extranei gentilium statūs, etiam abjectissimæ & vilissimæ sortis significationem habere existimandum sit, manifestā ad Psal. 22. 17. 20. allusione factā, ubi voce canum milites Romanos impudentissimos

impudentissimos designari nihil repugnat. E contrario
 Judæi mortalium nobilissimi & felicissimi, tanquam ulcerosâ
 Mundi sentinâ & sordibus, objecto densissimi operis parie-
 te, exempti, Dei populus & peculum gloriolis & veris En-
 comiis prædicari poterant, quippe quibus solis Deus per
 stupenda miracula, solennes manifestationes & illustria in-
 usitatæ clementia testimonia sele propinquum fecit, quorum
 facti Textus pagina plena est. Ut sane jurè meritoque eo
 tempore dici de Judæis posset, quod adhuc hodiè sibi ven-
 dicant idemque illud in Tr. Talm. f. 20. Nidda. Quamvis enim
 Iudaïstico populo plurimi infideles permixti essent, unde &
 communis pœnaru[m] irrogatio toties eos conquassavit, ut Gentili-
 bus saepius ludibrio fieret quas arroganti fastu spreverant tamen
 omnes æque pii ac improbi qui Judaicæ Reipublicæ membra
 essent & sub externa operosi cultus disciplina continerentur,
 in oppositione ad extraneos Dei populus, licet non coram
 Deo peccatorum vindice & quæsitam ex carnalibus operibus
 justitiam detestante habiti fuere, quod ipsum τὸν θεόν damnationem tanto graviorem reddit, habuisse illos apertam
 viam ad Deum & coronam legis in capite suo, neque tamen vel
 ad hujus scopum vel ad illius sinceram observationem obstina-
 tâ adulteri animi malitiâ attendisse. Verum de his sat.

Thes. VI.

Porrò hujus separationis ingentia fuere adminicula, tūm
 quidem sub promissione, nondum erectâ Politiâ Judaicâ,
 sacrificiorum & Ceremoniarum aliarum usus, qui, præter-
 quam quod his tanquam ἐπερωτήσασι ἀγαθῆς συνεδίσεως
 οἱ Θεοὶ illustres significationes & typos Sacrificii Christi di-
 staret (hinc & sacrificium Agni primum fuisse Eruditissi-
 mus Vossius conjectat) cultum etiam rationalem fidelium

apro-

à prophano reliquarum gentium præsertim Chamitarum & Japetitarum discernebat: tūm & in primis (quod nostri propriè argumenti est) sub ministerio Legis Mosaicæ ceremoniarum rituumque variorum prolixæ institutiones, quæ præter quotidianam & publicam ἀναμνησιν ἀμαρτιῶν, peccatorum exprobrationem Heb. 10. 3. insignem à gentibus secretionem continebant. Quippe Istraélites non tantum separatione fœderis, de qua præced. th. actum est, sed etiam ceremoniali sanctitate, quam taurorum & hircorum asperfiones, aliorumque præceptorum *Carnalium* propemodum infinitæ observationes gignebant, peculiariter sancti & mundi habitu sunt, & puritatem carnis habentes Heb. 9.13. Ethnici contrà incircumcisæ & illis *justificationibus* destituti sordidam quandam & invilam populo Dei abominationem in carne circumgestare existimati sunt. Quæ ἀπροσμεξία & qualitatum quasi pugna usque adeò mentibus illorum insedit ut etiam contactu Viri Gentilis Judæum contaminari, ac perinde ut cibum mundum ab immundo hunc ab illo diversum esse crederent. Et hoc illa lintei visio pertinet quæ Petro Act. 10. facta legitur. Unde, quando legis Divinæ vis puerarum itemque virorum feminis & mulierum sanguinis profluvio laborantium immunditiem in tangentes etiam transeuntem inculcaverat, ortâ quæstione an & ipsi Gentiles ad quos leges Judæis latæ non pertinerent pro talibus habendi essent, illos omnino nunquam hac impuritate sive ejus effectu carere sapientum decreto constitutum est; Clarè enim, citante Seldeno, pronuntiant. הגדים אין חיבך עליהם משום מושם וזה ולא משום זה ולחסן ולחכמתם גוזו על כל הגדים הוכרים מהנקבות שיחיו כובים תמדו בין ראו בין לא ראו לבען טוממה וטהורה quod eo fine factum esse patet, ut tanto majori cum odio Ethnicorum consortia devitarent. Atque hæc non alia ratio dari potest cur in gentium vias abire discipulos suos

B 3

Christus

Christus noluerit, quod videlicet tum temporis adhuc paries. Intergerinus adeoque in carne Christi nondum abolita ini-
micitia duraret, cuius interventu non aliter gentiles à Judæis
quam porci in putissimo sterquilinio à splendidum conclave
inhabitantibus discriminati sunt. Hinc etiam detestanda
prosperus Judæis & omne convitum exhaustientia erant nomi-
na quibus paganos maestabant, illos טמאַם impuros & ערליַם
præputiatos vocitando, quemadmodum contra hi illos Apel-
las & recutitos appellitabant. Quamvis enim (ut hoc obi-
ter notem) apud alias quoque gentes, Herodoto & Josepho
testantibus, circumcisio usitata fuerit, hoc tamen κανονιγγια
& perverla imitatione Judæorum factum esse dicendum est.
His enim solis & primùm quidem Patriarchæ Abrahamo in
sigillum iustitiæ fidei & tesseram Hebrææ Gentis data fue-
rat, & hac ipsâ tanquam signo federis Deo Assortori suo
infantes consecrabant, unde suspicantur Viri Magni adhuc
hodie Judæos, quoties circumcidunt infantes suos reflectum
præputium in vasculum pulvere refertum & ab astantium
aliquo porrectum conjicere, ut hoc ritu generis humani mi-
seriam Diaboli machinis accessitam sibi in memoriam revo-
cent, cui tanquam cibum edendum abscissum præputium
tradunt juxta Gen. 3. pulverem comedes omnibus diebus vita &c.
quin & ob hanc creditam Ethnicorum pollutionem Præto-
rium Pilati quod nempe Militibus Romanis refertum esset,
Judæos intrare noluisse verisimile est. Et satis apertæ sunt Pe-
tri voces : ὑμεῖς ἐπίσταθε ὡς αἰθέριτόν ἔστιν Ἀνδρὶ Ιεραῖω κολ-
λᾶσθαι ή πεσέρχεσθαι Ἀλλοφύλῳ quibus infamiam ejus,
qui gentilem familiariter conveniret tantam fuisse declarat, ut
magnitudinem ejus nonexprimens ad Juris quasi publici & Fra-
trum suorum omniumque hominum ad stipulationes provo-
cet. Et sanè tanta fuit, ut non nisi lavacri purgatione ad
pris-

tinam munditiem pervenire posset qui ejus criminis reus esset. Hinc & Justinus Lib. 36. cap. 2. quanquam, ut plæraque alia, falsam causam adferat, ita hâc dñe loquitur: *Quoniam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eadam de causa invisi apud incolas forent, caverunt ne cum peregrinis communicarunt, quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque convertit.* Rectissime igitur (quicquid nugatores Judæi comminiscantur) hunc Legis Ceremonialis usum distinguenter à paganis præter illum typicum & servilem statuimus, ut scilicet superstitionis gens sub multiplici tot statutorum (סֵנָת) onere custodita & spiritu servitutis totas fidelium cogitationes implente, intra limites contenta idololatricas religiones tantò ardentius detestaretur & pecularem Dei domum tam diu constitueret, donec ille Magnus Angelus veniret, qui dejectis cum infimâ muri infarcturâ supreamis illaqueamentis, ex diversis generibus unam spiritualem seminis massam conficeret.

Thes. VII.

Neque tamen hunc Paganorum Contemptum sola Gentis cæteroquin satis superbæ imaginatio, sed mandata Dei manifestissima maximè firmarunt. Postquam enim per Circumcisionem tanquam stirpis Istraëliticæ characterem atque autoramentum gentes seclusæ fuissent, alia deinceps de remotione gentium severissima decreta accessisse legimus, quæ tametsi accedere volentibus omnimodum aditum non abscederent, tamen gratiam ad Abrahami posteros restrictam, iramque fulminantem in reliquos, satis declarabant, quibusdam civitatis Istraëliticæ jus in tertia quibusdam in decima generatione vix tandem concedendo, Videatur Deute. 23. 4, 5. ubi postquam spurii atque exlecti ab Ecclesiastico conventu prohibiti leguntur, statim Moabitarum & Ammonita-

monitarum quin & Edomitarum seclusio, distincte tamen, subjungitur. Et hanc de Proselytis legem Elaiam 56. 3. respicere manifestissimum est, quando non solum eam aliquando per Christum abrogandam esse verbis וְאַל שָׁמַר הַכֹּר הַנְּלוֹת אֶל innuit sed & querelam illam locum aliquando habuisse aperte indicat. Conferatur Nehem. 13. 1. Imò citato Deuteronomii loco dissertè interdictur ne quærant bonum ipsorum in seculum, quod sanè severissimam simul & justissimam desertionem, etiam legum vinculis sancitam, vel pertinacissimis comprobat. Neque hæc res cuiquam dubia esse potest, Proselytum varias & difficiles admissiones ex Antiquitate repetenti. Quemadmodum enim duplicis generis erant, Aliiproselyti Domicilii Hebræis dicti Alii Justicie גָּרִים חַשְׁבָּם, ità utriusque stante Rep. faculter recipiebantur. Illi non nisi peractis tribus initiamentis מילה טלה וקורבן concomitantibus iteratis gravissimis examinibus & tollenni totius Judaismi professione factâ, in societatem foederis adscisebantur; Hi cum adhuc juris sui essent Judæorum Proceres, nisi præsentibus Triumviris, ⁊ Noachitarum præcepta servaturos esse publicè professi essent, in Israëlitica terra habitare non poterant. Quin audet dicere Maimonides בזקן שי' שראל תקיפה על אומות העולם אסור לנו להניח כי עובר עז אפלו ישב שיבת עז או עובר מקומות למקומות בסחוות עז שיקבל עליו ⁊ מצות שנצטו כת נחשות עז Summatim, quod strictissimi juris est, tradens, ne mercatoribus quidem Alienigenis transitum citra præstitam hanc conditionem permisum fuisse. Ad hanc legalem reprobationem etiam pertinet quod connubia cum gentilibus interdicta Deut. 7, 3. leguntur, quodque alienis legem interpretari non licuit, (unde & accusandæ Christians arrepta fuit) τὸ γὰρ, ità Cyrilum loquentem adducit Salmasius, ἐξηγεῖσθαι ἀλλογενέσις τὸν

τὸν νέμον τοιούτον ἀνέγκελητον παρὰ αὐτοῖς, quā de causa etiam illud
Hebræorum adversus Hellenistas odium extitit, indignantibus illis quod Græca Bib. versione uterentur, adeoque legem τοῖς ἑλλήσις interpretarentur.

Thef. VIII.

His ità pertractatis, non possum non colophonis loco ob materiæ dignitatem tribus verbis disquirere, cur ante Christum hic murus usque ad eo solidus & impenetrabilis fuerit? Ad quod respondere difficile non erit consideranti justitiæ Divinæ rigorem, quo Judex stante Veteri Oeconomia, satisfactione nondum præstitâ, pleramque corrupti & malitiosi hominum generis partem consumsit, paucos verò Pater misericors peculiari sibi fœdere junxit, ità tamen ut operosum ceremoniarum servitium iis injiceret, quod præter mortis inculcationem Cœlestium bonorum figuræ obumbrabat, unde nemo hunc parietem rumpere potuit nisi qui corpus ipsum esset, cui seu obedientia seu aggregatio populorum Gen. 49. 10. fieri debuit, quique Fatis Princeps & Vindex Hereditatis promissæ Psal. 2. excisis tribus Pastoribus Zach. 11. 8. Judicibus nempe sacerdotibus & Prophetis (qui testante Apostolo 1. Corinth. 2. 6. Seculi illius Principes erant, ob principalem statutorum legumque renovationem & inculcationem sic dicti, quosque Patriarcha Gen. 49. 10. חַזְקִים בָּנֵי הַהֲוֹתָרָה וְגַם vocat) & deleto chirographo subcontrario Coloss. 2. 14. illis, qui vinceti erant in fovea in qua non est aqua. Zach. 9. 11. Potestatibus & Principatibus feso exueret, sublato scilicet velo & rejectâ circumspiciente lege Praceptorum in placitis, usque in triumpho actis, contrà quam Moses, qui non est Mediator unius Gal. 3. 20. (quippe ministerio ipsius inimicitiam dñe) ex duobus unum ficeret, ut adeo non Iudeorum tantum sed & gentium Deus Rom. 3. 29. fontem aperiret Domus

C

Davie-

Davidis & habitantibus Israëlis (spiritualis scilicet Hierosolymæ incolis) לְנָהָרִים ex quibus illud alienarum à Deo gentium peccata, hoc etiam in regenitis ex prava origine scaturientem impuritatem denotat Zach. 13. 1. atque ita habitabili terra nobis subjectâ, Heb. 2. idest, plenè patefactâ novi Testamenti libertate, Sodomam & Samariam, ad suscitandum spirituale semen Israëli in filias daret, Ezech. 16. 61. de quibus omnibus accuratæ Theologorum scholæ consuluntur. Ego nunc Deo devotis gratiis actis, monente chartæ angustiâ, pedem figo, pauca subjecturus

COROLLARIA.

- I. *Quicquid subtilissimus Morus circa spiritualis extensionis indiscerpibilitatem comminiscatur, simplicitati tamen & Naturæ Dei quævis Extensio repugnat.*
- II. *Dei Naturam substancialē seu Essentiam tribus subsistendi modis communicari orthodoxum dogma est.*
- III. *Essentia tamen per τρόπον ὑπάρχεως jam restricta non potest communicari, sic ut rectè dicere possam: Pater quæ Pater non est Filius & Filius quæ &c.*
- IV. *Humana Christi natura carens propriâ subsistentiâ fuit in λόγῳ tanquam sustentatum in sustentante.*
- V. *Concursus Dei prævius & simultaneus rectè Philosophis statuitur.*
- VI. *Dei decernentis actio à nulla creaturæ e conditione suspenditur.*
- VII. *Licet Eruditissimo Seldeno famosum illud jus Zelotarum facile concedatur, ampliorem tamen auctoritatem in Christi persona accessisse non negaverit.*
- VIII. *Rectè R. Salomon ad Ezech. 15. 6. gemina Iudeis tibiarum genera fuisse existimat, quod ex N. T. etiampescit.*

Nonina

- IX. Nomina Danielis & sociorum ex Chald. Idolorum nominibus desumpta sunt.
- X. LXX. Interpret. Verso que hodie habetur multis viciis scatet.
- XI. Tres Cabbala species נוטרין גמträ אוחמורה fabulosa ingenii figmenta sunt.
- XII. Μετενσωμάτωσις גָּנוֹן נפשוֹת multis Hebraeorum credita fuit.
- XIII. Et si Hebraeorum Pandectæ Talmudica impia multa & fabulosa contineant, non unum tamen scriptura loco lucem afferrunt.
- XIV. In primis locum illum qui hactenus magna ingenia exercuit, Matth. 15.5. ellipticam formulam continere inde docemur.
- XV. S. scriptura sufficientissima est ad salutem & perfectam.
- XVI. Adamus præter terrestrem voluptatem vita Cœlestis promissiones habuit. Contra Soc.
- XVII. Antiquato fædere operum nulla conditio potestativa ad salutem pervenienti reliqua est.
- XVIII. Pactum Dei Patris cum Filio ex Psal. 16.1. 2. 3. egregie ostenditur.
- XIX. Ut Christus pro omnibus non spopondit ita nec pro omnibus mortuus est.
- XX. Fideles sub V. T. non ἀφεσιν sed πάρεσιν habuerunt.
- XXI. Quicquid garriat Socinus, argumentum Christi Math. 22. v. 32. pro resurrectione mortuorum egregium est.
- XXII. Conversionem Judeorum ante extremum Judicium futuram esse dubitandum non est.
- XXIII. Doctrina de Justificatione gratuita non est mater securitatis.
- XXIV. Rectè quidem R. Kimchius cum Jarchio & Chaldeo Interpretate Esa. 54. 1. 2. 3. Hierosolymam intelligent, sed male de terribibus illius plagiis uidem explicant.

XXV.

- XXV. Christus certo sensu Legislator dici potest.
- XXVI. Lucta inter carnem & spiritum nunquam in hac vita cessat.
- XXVII. Interim tamen per fæderis gratia constantiam nemo regenitorum vel peccati servus, vel eterna morti obnoxius fieri potest.
- XXVIII. Non omnes homines tenentur credere Christum pro ipsis mortuum esse.
- XXIX. Resurreccio mortuorum indubitata veritatis est.
- XXX In hæc resurrectione eadem corpora, que depositimus vivificabuntur.
- XXXI. Felicitatis beatorum precipuus gradus erit consummata sanitatio, in qua communio cum Deo fundatur.
Unde vulgaris ille conceptus, quo solum gaudium carnali infirmitate quadam ut apex nostræ spei consideratur, excludendus est.



Nil tentare nocet, Parnassi culmina montis
Scandere, nec præcps Gloria vitat iter:
Hancque viam calcat Virtus, sublimia ponit
Quæ Natura patens, expedit illa magis.
Laude vehendus eris, cùm mens in vertice Pindi
Versetur pariter. Gloria celsa manet!
Te comes illa manet! Duro ne cede labori,
Virtuti studeas, præmia digna feres.
Macte animo! fælix sanctos aperite recessus
Pergas: Sic Patriæ, fama decusque clues.
Gratulor ex animo, Supremus cœpta secundet!
Nil tentare nocet, sit cynosura Tibi.

Hæc in notam amicitiæ tessera
applaudens scribebat

MARTINUS JACOBUS HAESBAERT.

1. Chemnitius de S. Coena
2. Fechtius de sacrificio Christiae
3. Haffius de S. Coena.
4. Herendorf de S. Coena.
5. Id de S. Coena.
6. Id de S. Coena.
7. Werenfels de S. Coena.
8. Schmidius de Oblatis Eucharistiosis.
9. Werner de Iure excludendi à S. Coena.
10. Lritius de Pelagianismo.
11. Holzhus de quatuor Novisimis.
12. Gerharde de Appellatione ad Supremam Iudicem.
13. Graun de Statu animae hum: post mortem.
14. Clasing de controversia Nestorianismi.
15. Gotzii disquisitio num miribundus est.
16. Mosheim de Felicitate Confessae.
17. Sontag Neutralitas Religionum.
18. Soherzerus de peccato in Spir: S.
19. Losius de Graecostimulatione rerum hum:
20. Herendorf de absolute Decreto.
21. Loscher de Laroxismo abs: Decreti.
22. Dithmarus de Communitate à sta prohibito.

Wernodoff de Polygania.

Hulsius de turpitudine incestae.

Clasenii animadversiones.

Zudens de poena damnatorum fixienda.

Wolle de Interitu mundi.

Welthemi de Justificatione.

Mieg de pariete intercedente.

Nosheim de tribus in terra testib.

Heiderus de Moris resurrectae.

Vaubauer de Corpore Mosis.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Iesu de Evangelio.

nonis de ratione

ollius de Theologia.

impe de Inspiratione


imesius de Canonibus Apostolorum.

Iayude unico S.P. principio.

Iesu de S.P.

gotu Disertatio de fundamentis Revelacionis

manu de Divinitate Scripturae



(67.)

Verum innocentiam Calvini ingenuuit ipse Bellarminus lib. 2. de Christo inquiens: *sed quanquam hæc ita se habeant, ipsam excusio, & Calvini sententias diligenter facile audeo pronunciare, illum in hoc eruidem docet, Filium esse à se, respectu Essentiæ Personæ, & videtur dicere velle, Personam utrem, Essentiam non esse genitam, nec producere ipsa, ita, ut, si à Persona Filiū removeas utrem, sola restet Essentia, que est à se ipsa.* productis Calvini verbis ex Instit. lib. 1. c. 5. probat, licet, quoad modum loquendum errasse judicet. Ibid. c. 5. p. m. 326. ni inquit; *Utinam semper sic erraret Calvinus Recognitione quidquam in contrarium Bellarmini moderationem erga Calvini probat Petavius Theol. Dogm. Tom. 2. p. m. 618.* Loquendi formulam simpli- am, ut Sabellianæ hæresi affinem existi- nius in Epist. ad Joh. Uytenbog. quæ ex- æstant ac Erudit. Viror. Ep. 44. p. m. 58. Bullus Defens. Fid. Nicænæ sect. 4. §. 7. 40.

§. XVII.

initatis dogma probat Spiritus S. Perso- as. Spiritum S. esse personam divinam initarii, qui Spritum S. Dei Virtutem, actionem, Auram, Agitationem & Qualitatem cumque, quatenus in Deo manet ut Spiritus immannens, Virtutem Dei Naturalem; quæ concipienda, sit; quatenus vero à Deo fide- que à Deo in homines manat, Virtutem medi-

I 2